



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xxii. De officio Archidiaconi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

**D**EINCEPS eorum, qui administrationem in ecclesia, vel authoritatem habent, officia tractator. In his Archidiaconus clauum teneto.

1. *Vt archidiaconus.*

Hic post episcopum vicarius eius in omnibus esto. Omnis cura in clero tam eorum qui in vrbe positi sunt, quam qui per parochias habitant, siue de eorum conuersatione, siue honore, & restauratione ecclesiarum, ecclesiasticorum doctrina, vel cæterarum rerum studio agetur, ad ipsum pertineto. delinquentium rationem coram Deo redditurum se reminiscitor. tertio quoque anno, si episcopus non potesit, parochiam vniuersam circumito, lustrato. cuncta quæ emendatione indigensint vice sui episcopi conrigitto, emendato. Ad Archidiaconatus tamen sui visitandas ecclesias, nisi quæ causa emerget propter quam sæpius oporteat, semel non ampliùs in anno adcedito.

7. *Ad hac.*

Parochiarum ergo sollicitudo, & earum ordinatio ad ipsum pertineto. ipse maior post episcopum, & episcopi vicarius esto. Omnem curam & sollicitudinem tam in clericis, quam ecclesiis eorum impendito. Oculus episcopi esto. Eius loco per episcopatum prospiciens quæ corrigunda viderit conrigitto, emendato. Ardua tamen negocia, si absque maioris sui præsentia terminari nequibunt, dum cõsulet, sustineto.

3. *Eaque.*

Denique ipsius ecclesiæ custodiam habeto. Ab ipso, si vel propriæ ecclesiæ, vel ea quæ



de diuersis ecclesiis conlecta erunt cemelia non sub omni sollicitudine & fide seruata erunt, districtè quæritor . Si quid ex eis fraude cuiusquam vel negligentia peribit : ipse reatu hoc adstringitor .

In hypodiacones & Leuitas imperium habeto . Archipresbyteri seu decani iurisdictioni eius subsunto. hi autem commune ipsius archidiaconi & episcopi officium exercento. ab ipsis communiter eleguntor, cõmuniter amouentor. 7. Ad hac.

In ecclesia hoc archidiaconus officium habeto. Euangelium quando voluerit legito, vel alicui de diaconis legendum mādato, iubeto. Cum episcopus sacrum faciet, ad iusionem eius Leuitæ vestimentis sacris induuntor . sic cum pontifice ad missam proceduntor . ipse ecclesiasticum omne officium prouideto . Lectiones & apochrises seu responsoria in matrice ecclesia dato, auscultato . Nemo lectionem vllam in ecclesia, nemo Euangelium , donec auscultetur ab ipso, legito, decantato. Acoluthos, quis eorum candelabra, quis thuribulum deferre, quæ item minorum quisque officia in ecclesia agere debeat, ordinato . 2. Officiū

Clericorū, si ad sacros ordines promouēdi siēt, aut si beneficiis ecclesiasticis præficiūdi, examinationē facito. examinatos episcopo præsentato. 7. Ad hac.

Literas tamen suas sine conscientia & auctoritate episcopi promouendis ne concedito. nemo earum auctoritate ad ordines conuolato . alioquin susceptorum ipsis ordinum exequutio interdicator . 8. Significasti.



## De offi. Archipresbyteri.

9. *Vt no-*  
*strum.* Ordinandos autem solus episcopo repræsen-  
tato, atq; illos examinato. Sed & abbates & ab-  
batissas in sede ponito.

7. *Ad*  
*hec.* Institutio corporalis tã super beneficiis quàm  
dignitatibus ad ipsum pertinet.

4. *Cum sa-*  
*tis.* Curam tamen animarum sine licentia & man-  
dato episcopi nemini concedito. quod ad suum  
non spectat officium contra patrum constitu-  
tiones ne vendicato.

5. *Archi-*  
*diaconis.* Sententiam in aliquos, ni episcopi autori-  
tas adcesserit, promulgare ne audeto.

10. *Dile-*  
*cto.* Iurisdictionem in monasteriis intra metas ar-  
chidiaconatus sui sitas eam duntaxat, quam ip-  
se, vel decessores sui in ipsis vel similibus habue-  
runt, retineto.

### *De officio Archipresbyteri. Tit. 23.*

4. *Vt sin-*  
*gula.*

**V**T ne in aliquo sollicitudo ecclesiastica titu-  
bet, non in matrice tantùm ecclesia archi-  
presbyter esto, vnaquæque plebes archipresby-  
terum habeto. Imperiti volgi, & presbyterorũ,  
qui per minores titulos habitant, sollicitudinem  
gerito. vitam eorum iugi circumspectione ob-  
seruato. qua quisque diligentia diuinum opus  
exercebit, episcopo suo renunciato. Episcopus,  
etsi valde idoneus fiet, sic onera sua partitor.  
Ipse matrici ecclesiæ, plebibus archipresbyteri  
præsunto. hi tamen cuncta ad episcopum refe-  
runt. nihil contra eius decretum ordinanto.

1. *Vt Ar-*  
*chipresby-*  
*ter.*

Archipresbyter archidiacono quoque sub-  
esto. eius præceptis sicut & episcopi obedito,